



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antonini Liberalis Transformationum congeries

Antoninus <Liberalis>

Basileae, 1568

VD16 A 2960

In librum V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70288](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70288)

5 Quot vrbes mortuæ.) Ita Seruius Sulpitius in cōsolatoria ad M. Tullium epistola, de Corintho, Athenis & Megaris loquitur: Quum vno loco tot vrbiū cadauera proiecta iaceant.

Helice.) Vrbs fuit Achaïæ, in sinu Corinthiaco sita. Hanc à mari absorptā testatur Polyb. lib. 2. Plin. nat. hist. li. 2. cap. 92. & Ouid. 15. Metamorph.

Si queras Helicen, & Burin, Achaidas vrbes,
Inuenies sub aquis, &c.

Pompeij & Herculanium oppida fuerunt Campaniæ, haud procul à Vesuuio monte: vt Plin. ostendit lib. 3. cap. 5. quorum de interitu nihil habeo cōpertum, nisi fortè conflagratione Vesuuij montis (quæ accidit Titi Vespasiani ætate, & in eius vita à Dione describitur) perierint. fit quidem etiam infra lib. 8. Pompeiorum interitus mentio.

Quod heri fuit piscis.) In Græco est *μυζαειον*. piscem aliquem innui, ex eo quòd *τιειχ* & sequitur, conijcio: certi nihil habeo.

Similis esse debes promōtorij.) Hac similitudine Cicero eleganter vsus est, ad Papirium Pætum scribens de fortuna: Quam existimo leuena & imbecillem, ab animo firmo & graui, tanquam fluctum à saxo frangi oportere.

In librum V.

1 Indignari cunctari.) *γλιχρὸς* est lentum, tenax. itaq; supra ad finem libri prioris, *γλιχρὸς ἐν διαίθει τῷ βίῳ* dixit diu uere.

uere. Quare hic γλιχρσέδς vertendum putavi,
cunctari: hoc est, ægrè ac nulla cum alacritate suum
officium facere. quod vitium suprà etiam damnauit.

2 Leuem esse.) *πρὸς πρὸς σέδς*. Suidas expo-
nit *προπετήρ*: *ἔπαρπείρειαν*, *βλακείαν* καὶ *προ-*
πέτειαν, hoc est, stultam *ἔπαρπείρειαν*, seu
leuitatem, vbi non vt ex vsu est, sed ostentationis va-
næ gratiæ quicquam agitur. D. Paulus 1. Corint. 13.
ἡ ἀγάπη ἢ πρὸς πρὸς σέται: Charitas non est leuis,
aut nugæ.

3 Atheniensium erat hoc votum.) Etsi lo-
cus non est plenus, tamen satis apparet eum voluis-
se improbare commune illud *ἔπαρπείρειαν* et damnosissimum vi-
tium, quo pleriq; tantum ea curant, expetunt, *ἔπαρ-*
πέτειαν, quæ sibiipsis priuatim profint: nihil solliciti
de communi bono. Id verò vitium, omnium ferè quæ
sunt in rebus publicis malorum causa est *ἔπαρπείρειαν* origo.
At pleriq; hodie tales esse laborant, qui suram quàm
genu longius abesse dicant, (vt est apud Theocri-
tum) *ἔπαρπείρειαν* quorum hoc sit votum, *ἄνθρωποι μοί τι γένοι-*
το, mihi ipsi aliquid boni contingat: secus, quàm
ab animali ad societatem ciuilem nato fieri debeat.
Preclara fuit apud Persas lex ea de re lata, quam
Herodotus his verbis refert: *ἑαυτοῖς μὲν δὴ τοῖς θεοῖς ἑὸν ἴδιον*
μουῖον, ἢ οἱ ἐγγίνετα ἀρᾶδς ἀγαθὰ. Οἱ ἄλλοι
σι τοῖσι Πέρσησι κατὰ σὺν χεῖρα δὲ γίνετα, καὶ τοῖς βα-
σιλεῖ· ἐν γὰρ τοῖσι ἅπασιν Πέρσησι καὶ αὐτοῖς γίνε-
ται. Hoc est: Persæ, cum rem sacram facit, sibiipst
χ priuatim

priuatum aliquid boni precari religio est. Caterum omnibus Persis, ac regi, prosperitatem optat: quippe inter vniuersos Persas, ipse quoque vnus est. Et diuina est apud Euripidē Menœcei, se pro patria deuoturi sententia, quam adscribam, vt hic Antonini locus rectè intelligatur:

Εἰ γὰρ λαβὼν ἕνασθ' ὃ, τι δεινὸν τὸ τις
 Χρηστὸν, διέλθοι τὰ τὸ, καὶ εἰς νοινὸν φέροι
 Πατρίδι, παντῶν αὐτῶν αἱ πόλεις ἐλασσόνων
 Πειρώμεναι, τὸ λοιπὸν στυχοῖεν αὐτῶν. *id est:*
 Si quilibet, quantum queat boni, lubens
 Patriæ offerat, donetque publicæ rei:
 Haud totidem euenient ciuitatibus mala,
 Sed accident in posterum res prosperæ.

Itaque Athenienses iniuste & illiberaliter suis tantum agris pluuiam & fertilitatem poscebant: qui sunt omnibus hominibus felicitatem ac successa omnia optassent, & humanæ rationem societatis habuissent, neque communi prosperitate exclusi fuissent.

4 Totum enim mutilatur.) *πυρῶτος γὰρ τὸ ὀλοῦν κροῦ: non πυρῶτος.*

5 Neque tibi est ad philosophiam.) Sensus huius loci habet nonihil obscuritatis. videtur autem hæc esse sententia: Si quid institueris agere secundum rectam rationem, & euetus consilio tuo non responderit, non debes idcirco tuum propositum damnare: sed potius cogitare, quam multa in rebus humanis sint, & accidere queant, quæ obstant, quo minus

nus id quod quæris, consequaris. Itaque conscientia boni propositi, & rationum rectè subductarum animus est confirmandus: ferendumq; quod sors fert humana, & rerum caducarum conditio. Hæc tibi in promptu sunt habenda, iam multò antè ex philosophia petita, atq; ad vsum præparata: ne tum demùm consilium & præceptū velis petere à philosophia, cum eo sit vtendum. est enim hoc parum prudentis. Ita qui lippitudine laborant, aut alio morbo, remedia habent præparata & instructa, quibus ingruente malo vtantur: non tum demum ea quærent, aut circumspeciant, cum eorum vsus est. Et in prælio aut dimicatione non emitur, neq; acuitur gladius, sed vsurpatur. Videturq; omnino id velle Antoninus dicere, quod est apud Plutarch. (Probl. Rom. 85.) his verbis: *οὐ γὰρ παρασκευασαυδύς παράτην, ἀλλὰ μὴ παρασκευασέσθι παράτηντας ὡς Μύσων πρὸς Χίλωνά τὸν σοφὸν ἕως, ἐν χειμῶνι θέρμανα τενταύουλον*. Hoc est: Præparatis quæ ex vsu sunt, agendum est; non inter agendum præparanda ea quibus opus est: idq; Myso Chiloni, ei qui sapiens est vsurpatus, dixit, hyeme ventilabrum fabricans.

6 Quod non sub hæc referatur.) Verba in Græco non coherent. Loqui videtur de vulgi deprauato iudicio, ea quæ videntur, neq; sunt tamen bona, veris bonis præferenti. Id fit ex imperitia. Idemq; accidit his, quod Plato alicubi ex Stesicho citat: Troianos, cum veram Helenam non cognoscerent,

scerent, de idolo eius siue inani figura decertasse. Quod idem fabula Ixionis, cum nube, quam Iunonem putabat, concumbentis, Poetæ delineant.

7 Ex forma & materia.) Formā dixi, quod autor τὸ αἰτιώδες. id est, id quod causæ vim & naturam habet. Cæterum materiam, quasi patienti, formam (quæ τὸ τὶ λῶ εἶναι, εἶδος, οὐδέπεια, οὐτέλεχεια, philosophis dicitur) agendi & efficiendi vim habere, notum est ex Physicis. Porro autem de rerum caducarum perpetuitate, quam habent continenti formarum naturalium in materia successione perpetuisq; rerum mutationibus, copiose est ab Aristotele cum alibi, tum in libris de Ortu & interitu disputatum.

8 Ratio & rationalis.) Ostendit, in rebus humanis non esse eam, quæ est in scientijs & artibus, certitudinem atq; constātiā & perfectionem. Hoc ipsum est quod Aristoteles initio suorum ad Nicomachum Ethicorū, tam accuratè docet atq; monet. Non esse eandem quæ est in alijs, in philosophia morali demonstrationum & præceptorum certitudinem requirendam: sed ratione materiæ subiectæ omnia examinanda. Adscribam verba Platonis, eadem rem optimè explanantia, idq; Latine: Dissimilitudines (inquit) cum hominum, tum actionum, rerumq; humanarum tanta, vt nihil ferè in his ne vno quidem momento quiescat ac persistet, inconstantia efficiunt, ne qua de ijs omnibus ars, & que

que omnibus temporibus congruat, tradi possit. His infert Antoninus: Consequens ergo esse, ut finis hominis non in rebus extra ipsum positus, ac nō vere bonis & mutabilibus collocetur. Quod autem *κατορθώσεις* rectas effectiones conuerti, Ciceronem sequutus sum autorem, qui ita extulit libro De finibus bonorum & malorum tertio.

9 Eumq; ferre.) *ἀναντέου*. Legi *ἀνεντέου*.

10 Ei qui hircum olet.) *ῥάσωνι* est scribendum, non *θράσωνι*. *ῥάσθ* est foetor ille, qui hirsutis (ut est apud Horatium) cubat grauis hircus in alis. *αὐτὸν ἡμῶν τὸ ῥάσθ ἔχ' ὑπομονῆσι*. milites Alexandri de Persis, pugnam inituri. Plutarch. Apophtheg.

11 Aequum te præbuiſti.) *εἰς ὅσας δὲ ἀγνώμονας ἀγνώμων ἐγόνε*. Ego *ἀγνώμων* lego. quid enim erat laudis, malis se malum præbuisse? præsertim quum sæpius iam monuerit, vitia hominum nobis esse ferenda.

12 Climatibus terræ.) Alludit ad versus Hesiodi *α. ὄργων*, quos adscripsissem, nisi satis notos esse putarem.

13 Cum hominis, omnisq; ratione præditi animalis.) Loquitur ex sententia philosophorum, qui *δογμὸν ζωῶν*, animal ratione instructum, non soli homini, sed Deo etiam, demonibus & heroibus genus constituerunt: de quo multa legi possunt hincinde apud Plutarch. præsertim verò

in lib. πρὸ τῆς ἐπιλειπότων χρηστέων.

In librum VI.

1 Quàm ut in terram utcumq; redigar.)
Non enim tantum sacrae literae docent, hominem esse ex limo creatum, foreq; ut in eundem redigatur: sed & antiquissimi philosophi originem nostram eodem retulerunt. Hinc Prometheus dicitur è limo formasse hominem, de quo nullus nõ mentionem facit poëta. Et apud Homerũ Menelaus Græcis duellum contra Hectorem detrectatibus iratus, mortem eis ignobilem imprecatur his verbis,

Αλλ' ἡμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ ἢ γαῖα γένοιμε,

Vos in aquam & terrã cunctos conuertier opto.

Itaq; hæc hic tuli, neq; volui, quod poteram ad alium sensum cogitando diuertere.

2 Vide quid agant homines.) Queritur de iniquo hominum iudicio, qui cum alijs presentibus laudem meritam testimoniumq; virtutis inuideant, ipsi ab ijs quos non viderunt, laudari volunt: cum nihil inde fructus possint ferre, iam antè mortui. Facit hoc egregiè ad famam contemnendam.

3 Non indignamur.) ὅτε ἐπισημαίνουμεθα.
In malam partem vsum vocabulo hoc, & ipse puto, & sententia testatur. Non recordor me apud vetustiores autores hoc vocabulum ita sumtum legisse. Appianus quidem Alexandrinus, haud ineruditus scriptor, eodem modo vsurpauit lib. 5. ἐμφυλίου, de milite loquens, qui ludis in subsellia equitũ ascenderat.